



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118820**

§. 30. Octo Cardinales a Paulo V. Pontifice creati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](#)

ac supinum extenditur, ventrique lar- Sæc. XVII.  
va obscoenæ deformitatis imponitur, & A.C. 1606.  
fistula utricularis, qua Poloni rustici ad  
musicam utuntur, ori inseritur unacum  
denario, quem pro portorio ad inferos  
transitus persolveret. Quarto post  
cædem die corpus tumulo temere con-  
gesto injectum, die nona refoditur flam-  
mis absumptum. Uxor vero ejus An-  
na Maria non tantum omni mundo mu-  
liebri, sed & veste, qua tegeretur, &  
lecto, cui incubaret, spoliata, ac non-  
nisi vili indusio velata precarium una-  
cum Minsecio Sendomiriensi Palatino  
ejus Patre spiritum ducere coacta est,  
præclare secum agi reputans, si vel  
nuda in patriam, unde paulo ante cum  
tanta pompa totque divitiis egressa est,  
reverti permitteretur, proprio edocta  
dispendio, nullam in felicitatis cursu  
esse constantiam. Sedato tumultu Pro-  
ceres die vigesima Maji Basilium Joan-  
nidem Cnjacum in Ducem elegerunt,  
vel hoc unico prodictionis non detectæ  
nec punitæ exemplo.

## §. XXX.

*Odo Cardinales a Paulo V. Pon-  
tifice creati.*

Hoc item anno Paulus V. Pontifex Ciacon. in  
Maximus die undecima Septembris vit. Pauli V.

F 4 Romæ pag. 401.

**Sæc. XVII.** Romæ in Quirinali Palatio octo Præfati  
A. C. 1606. les Cardinalium Collegio adscriperat:

Hos inter primus erat Ludovicus de  
*Ferd. Ugel.* Torres patria Romanus ex Archiepiscopo  
*Ital. Sacra.* Montis Regalis in Sicilia Presbyter Car-  
dinalis t.t. S. Pancratii II. Maphæus  
Barbarinus ex Nobili Florentinorum ge-  
nere ortus primo Archiepiscopus Nazare-  
nus, Presbyter Cardinalis S. Petri in  
Monte aureo, postea Sancti Onuphrii.  
III. Bartholomæus Farratinus Ameriæ  
in Umbria natus, Presbyter Cardinalis  
sine titulo. IV. Joannes Garsia Milli-  
nus patria Romanus Cardinalis Pres-  
byter tit. Sanctorum Quatuor Corona-  
torum. V. Horatius Spinula Patritius  
Genuensis, patriæ suæ Archiepiscopus,  
& Presbyter Cardinalis tit. Sancti Blasii  
de Annulo. VI. Bonifacius Cajetanus  
Romanus Presbyter Cardinalis, tit.  
Sanctæ Pudentianæ. VII. Marcellus  
Lantes ex Illustri Pisana familia natus  
itidem Presbyter Cardinalis tit. San-  
ctorum Quirici & Julitæ. VIII. Deni-  
que Horatius Maffæus nobilis Roma-  
nus S. R. E. Presbyter Cardinalis tit.  
Sanctorum Petri & Marcellini.

### §. XXXI.

*Franciscus de Avila Cardinalis  
mortuus.*

His

